

Ann. VIII.

ROMAE, Kal. Decembribus M DCCCCV.

Num. XII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Premium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;
ubique extra Italiam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKA RODZINNA"

VARSAVIAE POLONORUM

Rakowskie Przedmiescie, 15.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM

Krakowskie Przedmiescie, 6.

LONDON W.

28, Orchard Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

RATISBONAE in BAVARIA.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

Ioannes Baptista Gandino.

Ex Russorum seditionibus quaedam cogitate inferuntur.

De veterum litterarum dignitate. - Caroli Boucheroni Oratio studiorum auguralis habita in Taurinensi lyceo iv Non. Decembres M DCCCCV, post annos c nunc primum edita.

De sacra nocte Iesu natali.

In Christi Domini Nativitatem.

Geographicæ notæ. - Suetiorum mores.

De Gymnicis Iudis apud veteres.

Ex SS. Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae.

Diarium Vaticanum. Coram SSmo admissiones. - Pontificiae electiones.

Annales: Russicae res. - Austrorum motus. - Novum Norvegorum regnum. - Regalia itinera. - Turcarum pervicacia. - Mauritana quaestio.

Publici per Orbem coetus legibus ferendis.

Per Orbem.

Libri recens dono accepti.

Aenigmata.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M DCCCCV

Sociis et lectoribus

Commentarii nostri humanissimis.

Novo superveniente anno, quem VIII Vox Urbis inscribere gloriatur, non quidem, ut plerumque assolet, nova et magnifica promittemus; non enim sociis et lectoribus, qui constanter in itinere, neque eodem brevi atque expedito, nos comitati sunt, magniloquis verbis temerariisque promissionibus illudere opus est nobis, sed tantum ea adnotare quae in eorum veram utilitatem adducere constituimus.

Vox Urbis itaque in annum MDCCCCV ea erit, quam socii voluerunt: commentarium menstruum, qui non unum Urbis augustae matris sermonem, sed omnem cultum et humanitatem referat, eaque omnia quae inde, veluti ex radiationis centro, animos usque a longissimis orbis partibus amice cum genitricis animo coniungere valeant. Disputationes igitur, quae plerosque populos aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones suum locum apud nos hoc etiam anno invenient, atque simul nuncii, significaciones, et documenta, quae tum circa catholicam rem, quam tueri gloriamur, tum circa eventus peculiari nota dignos, in varietate quamquam, *simplex dumtaxat et unum opus reddit nostrum*.

Sed aliud quoque expediemus, quod non paucorum sociorum desiderium explebit; articulos scilicet in quibus, quasi in parva tabula, simplici eoque facili stylo, descriptionibus, narratiunculis, dialogis, argumenta vitae maxime communia tractentur, unde liceat colloquia latine inire atque alere. Ita finem illum supremum, ut latinus sermo universalis, prouti dicunt, reducatur, non modo obliviscemur, imo etiam propius prospiciemus.

* * *

Maiora vero comparavit administrator; qui non modo immutatum reliquit pretium subnotationis, quod est in Italia lib. 4, 80; ubique extra Italianam lib. 6, 25 (doll. 1, 25; sch. 5; march. 5; rubl. 3; cor. 6, 25); sed ad magis magisque commentarium vulgandum curis creditum suis rationes vere favorabiles cavit, quae sequuntur:

Si quis socios novos duos comparaverit, pretiumque eorum subnotationis miserit, subnotationem gratis omnino sibi habebit; eoque bono gauderi poterit ipse subnotator novus, qui, sua vice, eadem gesserit. Quum iste scilicet socios alios duos nobis acquisiverit, facultas ei erit non duorum pretium, sed unius tantum mittendi, atque alterum faciendi suum, ut pretio pro subnotatione iam ante misso sese resarciat. Neque eum pudor teneat novos

subnotatores de favore ipsi concesso aliquo modo certiores futuros: hi enim receptionis schedulam, veluti si pecuniam directe per se miserint, regulariter accipient. Haec una conditio, ut novi hi subnotatores intra menses duos, a propria cuiusque subnotatione recurrentes, requirantur, utque omnia ad Aristidem Leonori equitem (Romam in Italia, via Alessandrina, 87) recto tramite mittantur.

* * *

Quid plura?... Plura tamen administrator concedere sociis voluit, eaque paene incredibilia; id enim effecit, ut *VOX URBIS* socii e loco domicilii sui in Urbem, atque inde in domicilium suum reverti gratuito possent. Id iis paratum est — bibliopolis, uti patet, exceptis — qui ante Iulium mensem an. MDCCCCV sexaginta novas subnotationes collegerint earumque pretium integrum ad administrationem miserint. Societati itinerum notissimae Cook et Son munus commissum; ea, ubi primum a nobis certior facta erit, epistolarum commerciam cum socio inibit, omniaque disponet ut is nullo impedio ab *Europae* loco ubi vivit Romam usque, atque Roma iir domum suam, secunda, prouti vocant, ferriveharum classi usus, iter aggrediatur. Estne difficile nimis sexaginta socios novos comparari? En rursus benigne succurrit administrator: qui triginta tantum collegerit, dimidiatum pretium itineris habebit.

* * *

Sunt tamen qui eiusmodi curas negligent: num his praemium nullum erit? Atqui erit sociis omnibus, qui ante expletum Februarium mensem an. MDCCCCV debitum solverint suum; idque, more nostro, pulcherrimum: *imago heliotypice expressa metr. 0,32 × 0,45 Pium X Pontificem referens sacris ad solemnia indumentis ornatum atque benedicentem*. — Quod si denique socius tabulam illam maluerit metr. 0,22 × 0,45 iam in nostrum commodum unice superiore anno desumptam, ac Pontificiam dominationis auspicationem referentem a Pio PP. IX an. MDCCCXLVI peractam, quum exemplaria nonnulla apud nos sint adhuc, eam requirat, nosque, donec possibile erit, ei morem geremus.

* * *

Restat nunc ut sollicitudini nostrae sociorum favor in dies crescentes respondeat.

Vox Urbis.

PRET
In Italia: Lib.
Lib. 6,25, Doll. 1,

IOA

DE Nestore 1
de homine
doctissimo, de
tudine insigni,
Braydae, in oppi
gionis, natus, Bo
draginta et quinq
docebat, xvii ka
longae vitae abs
ob eius mortem o

Nonnulla tam
rabimus, qui, re
maiorum more,
moda et solacia
in studia liberor
rum institutione
lectationes omne
Honores itaque
bat, sed minime
ctum est ut qu
lique iubilarem
annum vellent c
ribus obstiterit n
domesticae alter
praetergrederent
xhausta in eo sol
berrimo illo Bon
cularia recurren
omni dignissima
hortantibus om
gno doctorum
terrarum conve
magnifice insor
civilemque cult
provexerat, tal
tatis fascinatio

Sacrae Scripturae

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra Italianam:
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

IOANNES BAPTISTA GANDINO.

DE Nestore latinarum litterarum, de homine pio, modesto item ac doctissimo, de magistro mira sollicitudine insigni, qui an. MDCCXXVII Braydae, in oppido Pedemontanae regionis, natus, Bononiae, ubi iam quadraginta et quinque annos in athenaeo docebat, xvii kal. Decembr. cursum longae vitae absolvit, non hodie, luctu ob eius mortem oppressi, fuse dicemus.

Nonnulla tamen de viro commemorabimus, qui, re familiari satis dives, maiorum more, non hinc vitae commoda et solacia quaesivit, sed totus in studia liberorumque ac discipulorum institutionem intentus, inde delectationes omnes haurire solitus est. Honores itaque non quidem spernabat, sed minime sectabatur; quo factum est ut quum collegae discipuli que iubilarem initi eius magisterii annum vellent celebrare, ipse pro viribus obstiterit ne scholae fines, quasi domesticae alterius parietis, sollemnia praetergredentur. Contra quae inexhausta in eo sollicitudo quum de celeberrimo illo Bononiensi athenaeo saecularia recurrerunt! Haec humanitate omni dignissima ita instruxit, ut quum, hortantibus omnibus, eius vox in magno doctorum concilio, qui undique terrarum convenerant, idiomate illo magnifice insonuit, quod humanum civilemque cultum in omnem terram provexerat, talis facta fuerit latinitatis fascinatio, quam omnes perferre,

nec quisquam, a re licet alienus, repercutere valuerit.

Nil igitur mirum quod vir coleretur et observaretur ubique, eiusque tum verbis, tum scriptis docendi ratio quasi imperandi ius ac potestatem facile obtinuerit, eosque fructus effuderit, quos, in Italia praesertim, latinae litterae ad scientiae pervestigationem ac perinde ad artis praecepta accommodatae abunde testantur. Ipse enim primus, Germanorum analysis cum innato Italorum ad latinitatem sensu apprime coniunxit, atque eos de latina elocutione, sub exercitationum specie, confecit libros, quos aetas nulla in oblivionem adducet.

Non tamen magna, quae de re moliebatur, omnia est assequutus; subtiliorum enim cognitionum frequentissimum hodiernum usum non modo latina oratione et eloquio, prouti in votis habebat, confirmatum haud vidit, quin imo passim quasi ineptias rem despici; vidiit ac doluit, quemadmodum ipsis nobis qui scribimus, laudibus *Vocem Urbis* non semel prosequutus, haerentemque animum nostrum confirmans, aperte declaravit.

Magistri verba quasi oraculum assumpsimus: iuvat eius Manibus heic hodie renovare promissum, nos, dum perferant vires, in suscepto consilio constanti erectoque animo perstituros!

I. F.

EX RUSSORUM SEDITIONIBUS QUAEDAM COGITATE INFERUNTUR.

DUM scribimus, dumque citissimo cursu Russorum fata ruunt, nova quoque Europaeis gentibus tempora maturantur.

Non aliter, saeculi XIX sub ortu, Gallica sedition germina novissimae historiae non terris tantum nostris, sed et Americanis praecepit gentibus, et postremo novissimis colonis in Africa, in Australia, in Asia praebebat.

Similitudo vero eosdem non facit eventus. Mutata enim circum omnium populorum re publica, alii effectus tum ipsa in Russia, tum per propinquas gentes parantur. Iamque Nicolai Caesaris edictum de legifera potestate tradenda populo finitimos terruit Turcas, Austrosque funditus commovit; isti ne suffragium dilatare et vulgare nimis, illi ne libertatem male perdonitiae plebi concedere cogantur. At quum Gallia ferrebat seditione aliis omnino metus popularum erant, suisque capitibus reges omnes timebant Gallicisque incursionibus nutare iam coronam sibi quisque suam credebat.

Postremo varia omnino populi indoles, varium genus, varia compositio, varia imperii magnitudo, variis hinc regum, inde populi vel exercitus animi, varios maturant effectus. Una Gallia paene erat tum origine, tum lingua, tum historia; populus unus angustior terra; facilis communio provinciarum; ideoque concors sedition fuit, ita ut quae Parisiis agebantur, ea agi ubique Galliarum viderentur, si Britannos excipias, quorum pars magna contra rempublicam insurrexere. Ceterum tum regi, tum praefectis militiarum, tum optimatibus nutantes animi fuere, discordes, ac plerumque imbecilli, neque adversus perduelles quisquam fuit, qui arma ferre regemque tueri auderet. Cuius itaque quum sumptum est supplicium, ad effraena omnia plebs corruit, quoque ruina ipsa sua quum paene opprimetur, scelestissimos homines eneari oportuit atque ad pacis consilia redire, tandemque viro fortissimo Napoleonio tradere imperium, qui civele restituit vitam.



At Russicum per imperium latissimum et paene immane triginta et amplius gentes vivunt, quas in unum cogere, iisdem cohibere legibus paene impossibile appetit: Moscovitas, Polonus, Lituani, Tartaros, Groelandenses, Armenos, Kurdos, Sinenses ipsos; neque res publica potest dato suffragio barbaris paene gentibus, quibus ignota prope omnis humilitas est.

Neque per pauca multitudine, quae vivit in urbibus tum doctorum, tum opificum, tum iuvenum in studia ineubentium Russicum populum constituit, neque publicas res possibile est regi pauorum consilio.



In Gallia itaque vidimus milites una cum populo admoventes manus ad turrim evertendam Bastiliae et una cum plebe regiam aulam aggredi. Haec Russi milites nunquam ausi sunt, ac, si pauco excipias, fideles passim Caesaris suo oboediunt. Caesar vero et praefecti provinciarum acerrima voluntate et imperio cohibere tumultus, seditiones repellere armis et igne non dubitant, et quo cumque res poseit mittunt legiones et alas, tormenta atque clastes, pugnamque in seditiones homines gerunt acerrime.

Quinimo pugna haec, licet eam audiamus tot in urbibus exardescere, in Polonis primum, Varsaviae, mox prope maritima litora Odessae, Cronstadtii, deinde praecipuis in urbibus Moskvia, Petropoli, Kurokii, hand tamen adeo late agitur, ut eam flagrare ubique per Russiam credamus, vel imperii decimam quamvis partem occupare.

Haec plane sinunt multis adhuc viribus Caesarem obsistere, haec satis docent quibus de causa suffragium populo de legibus ferendis Caesar hue usque negaverit, simulque explicant quomodo, post regium decretum, seditionem adhuc non sileat. Nam sive Poloni, sive Finlandenses suae quisque gentis pro libertate arma sumpernunt; haec dum aerius pugna surgit et socialistarum turba non de iure suffragii potiundo, sed de divitiis diripiendis et de agris vi occupandis dimicat; dum odia hactenus cohibita flagrant contra ditiores cives Hebraeos atque Armenios, dum denique multa tum in clero, tum in populo, tum in militibus adhuc factio est, quae antiqua probet et Caesari intactum antiquum imperium servare velit, et de innovanda republica nihil intelligat.

Tanta profecto tria per saecula Caesaris auctoritas fecit, ut una valuerit tot ex gentibus et populis unam constituere rem publicam; et ubi latissimae regiones erant, variae linguae, disitus cultus, discors religio, origines multae, historia multiplex, eamdem tamen efficere in Caesarem atque in magistratus eius venerationem et obedientiam, eamdem militum mentem et fidelitatem et virtutem.



Itaque, quamvis tradita hodie libertate suffragii, non alias quam Lutetiae quondam, audiamus adhuc et Petropoli et alibi erescere civile bellum et tumultus, rem evasuram tamen iuxta Gallicae seditionis motus, nemo condatus praevideat, dum omnes optimi conores auspicium fovemus, ut pax tot post miserrimas clades domi bellique acceptas infelici populo tandem restituatur, et, iuribus singularum gentium sanetis, omnium concordia redeat.



De veterum litterarum dignitate.

Caroli Boucheroni Oratio studiorum auguralis habita in Taurinensi lyceo IV Non. Decembres MDCCCV, post annos C nunc primum edita.

Clarus ille vir, atque doctus latinarum elegantiarum arbiter, Felix Ramorino, qui Florentiae latinas litteras tradit, nuper nobis suavissimum munus obtulit, quod nostris lectoribus citra invidiam festinanter communicamus.

De hoc ita scripsit *Subalpinus* noster, qui latinae eloquentiae historiam in archigymnasio Taurinensi apud nos exaravit: « Gratias in primis multas tibi, Ramorine, agimus nos equidem scriptis; plures, procul dubio, agent et illi qui mox elegantissimam Boucheroni orationem in *Voce Urbis* nunc primum edendam, suo munere, oculis usurpabunt. Boucheronus enim, latinorum scriptorum aetatis suae longe nobilissimus atque egregius antiquitatis vindex habitus, Augustae Taurinorum natus, latinas litteras et graecas in illo patrio lyceo et athenaeo tradidit, ac Subalpinorum animos, primum vel sub externo Gallorum dominatu et postea sub regibus Sabaonis, mirum in modum pervasit, eosque, ut ita dicam, sic finxit, ut acerrimum de litteris iudicium iisdem instillaret, nedum aures ad verissimum latini sermonis numerum adsuefaceret. Quo quidem fiebat ut omnes archigymnasii doctores, eius exemplum sequuti, in disciplinis tradendis elegantiore ratione latino sermone uterentur, atque Cicerone sibi unice proposito, ad eius elegantiam et magnificientiam proxime adsurgerent. Multi ex eius schola discipuli exierunt, qui aetate sua primos in litteris latinis se tulerunt; in quibus principem locum Thomas Vallaurius facile obtinet (1). Scio equidem hanc Orationem, specimen potius quam opus perfectum, nondum Carolum Boucheronum omnem referre, neque eius in dicendo robur, ac fulmineam illam verborum celeritatem, qua potissimum Taurinensis doctor omnibus commendaretur. Haec enim Oratio primam auctoris aetatem redolet, et magnum proximum scriptorem praenunciat. Namque nemo qui huius scriptoris volumina omnia legat, mirari et summis laudibus efferre desinit altissimam eius eruditioem, exquisitum pulchritudinem rerum iudicium, laetum audaciusque orationis genus, ac Demosthenis vim et Ciceronis copiam maiestatemque feliciter expressam. Quae quum laetus in pectore memorem, novas in me sentio gratias clarissimo viro habendas, qui, omnibus praetermisis, nobis hoc suavissimum litterarum delicium concessit ».

En igitur Boucheroni Oratio:

ORNATE et graviter dicere, V. A. A. O. pulchrum est, et Oratorem evadere praeclarum, et qui in versandis affectibus praestitere, clarissimi inter mortales nullo non tempore sunt habiti. Quid enim non potuit eloquentia? Non hoc nomine appello eam dicendi rationem, quae leniter fluens in scriptis, et diligens magis quam strenua, venustate quadam sermonis et sententiarum acumine se praesertim tueatur, sed quae grandior et aerius in hortando vehemens, in insectando asperrima, misericordia, ira,

(1) Cfr. *Vox Urbis*, an. vi, n. XVII, XX, XXIII, XXIV.

pudore varie animos tangat, vertat quo cumque. Praestantissima haec virtus fuit florentissimorum gentium postquam multum in caeteris artibus profecissent; erecti praeterea ingenii et ad optima instituti laus est, quippe quae non sine mentis magnitudine gignitur et alitur. Per magni igitur interest ad eam sedulo fingi adolescentium animos, et in pulcherrimo argomento versatus est qui anno proxime elapsa eamdem laudavit collega meus, vir ornatissimus. At mihi tenuiores litteras profitenti, magis in eorum commendatione ad laborandum esse intelligenti, cum pro sua exilitate contemptores permultos sint nauctae. Nostra scilicet diligentia, quantalacumque est in assequenda latini sermonis intelligentia et vi unice versatur, quo in eonatu nequequam adteri adolescentum ingenia sunt qui contendant. Verendum propterea mihi est, ne si pareus verborum sim, rei dignitati non satisfaciam, sin multa congeram, in levissimo studio extollendo nugari nonnullis videar.

Est hominum genus A. O. qui negent ullam esse in veterum linguarum eruditione utilitatem, vel si qua est, ullam ponit laudabilem industriam in tam anxie et morose, ut facimus, veterum libris exentiendis. Operam nimur nos ludere aiunt quum earum litterarum venustatem ostendere conamur, quas generosiores homines non indecorum ignorare se profitentur. Hanc vero diligentiam, si aliquando usui esse potest, tum demum esse quum in vigentibus hominum linguis impenditur, ut illustris et ornata in aequalium consuetudine evadat oratio, quum tamen qui in hisce studiis consenserint, ieunos persaepe et horridos in quotidiano sermone se prodant. Misericordia et turpe esse in verbis laborare. Non illis eloquentiae granditatem conflari; sententias oratorem sequi si videlicet polleat et fermeat, non si illud fastidium affera verborum in Graeca levitate vix ferendum. Rident vero nos qui Graeci et Latini sermonis nitorem in tanta temporum longinquitate assequi speramus, et divite vena beare Latium, carmina, titulos, orationes latine scribendo. Sit igitur ut, quod olim clarissimis viris laudi fuit in multis nitescere, calumniae nunc omnino vertatur, quod nempe non attigsem, nisi ab hominibus haud absurdum ingenii quotidie proferretur. Unum addam eo invidiae adductum esse antiquitatis studium, ut quae veterum lucubrationes omnium doctorum consensu celebrantur, aetate ipsa fatiscere et defecisse quodammodo nonnulli existiment, et qui labor in iis illustrandis consumitur utilius alio et elegantius impendi ipsis videatur.

Quae si percerebreseret opinio, concideret profecto universum philologiae studium et nobilissima idcirco praecluderetur disciplina in qua tam honeste egregia novis tempore se se exerenerunt ingenia. Non iam is sum A. O. qui artium quas profiteor contemptum odio verum aetati nostrae. Fuit haec maiorum laus Latinas, graecasque litteras ita adamasse ut ii

solum praeclaris, b
iisdem praestantem
summo viro Leon
raturae studium a
contempnandi caete
lari sermone ntere
latinis locutionibus
ne frugi videlicet
videretur. Commen
tulit dies. Diversi
tum varietate, et
eruditio fructus.
summus aliquis vir
frequentarit ad e
hominum ingenia
genti utilitate con
nostrae viorum in
venta quis ignorat?
ditum genti et sa
loqueletae sunt s
ne antiquorum qui
tissimi post simul
ingeniorum labores

Non igitur aequ
stantiora, si superi
adeo secentur; im
in tanta scientiaru
tendo, iniquum esse
tiale has veluti otios
ae si nihil inde em
hominibus accessu
graece et latine se
dum si haec studia
iis per quos renata
profecto, horresec
politiorum litterar
apricum proferri ne
et Latii monumenta
topere delectamur,
eset. Neminem san
Italorum, et Medic
tanta eruditiae pos
buisse quam ut i
mina manibus he
Etruseos latine et
Cireno uti. Patet
omnes gentes in
post graecas littera
Bysantio in Italia
apud Venetos ab
procul dubio et m
Sed haec quum n
efficiam potius pr
maticis investigat
si quid venustatis
veterum linguar
diligentia pendere
borum origines se
stanti optimorum
signare, postremo
ex eorum potesta
orationis qua omni
inquirere, et si qu
in loquendo uti. Q
quam industria
terum scriptis? E
quisitor pulchrit
afferendus, isque
expers sit, proba
navare operam q

ate.

Taurinensi lyceo
um edita.

et, vertat quocumque.
s fuit florentissima-
ultum in caeteris ar-
praeterea ingenii et
st, quippe quae non
agnitur et alitur. Per-
am sedulo fingi ad-
cherrimo argumento
ime elapso eamdem
r ornatissimus. At
sinti, magis in ea-
orandum esse intel-
e contemptores per-
scilicet diligentia,
sequenda latini ser-
anice versatur, quo
ri adolescentum in-
Verendum propterea
orum sim, rei digni-
multa congeram, in
o nugari nonnullis

. qui negent ullam
eruditione utilita-
a poni laudabilem
morose, ut facimus,

Operam nimirum
um litterarum ve-
, quas generosiores
are se profitentur.
liquando usui esse
um in videntibus
r, ut illustris et or-
line evadat oratio,
diis consenserint,
in quotidiano ser-
turpe esse in ver-
ntiae granditatem
sequi si videlicet
lud fastidium af-
evitate vix ferent-
ae et Latini ser-
rum longinquitate
ena beare Latium,
tine scribendo. Sit
nis viris laudi fuit
ae nunc omnino
tigissem, nisi ab
enii quotidie pro-
vidiae adductum
t quae veterum
m consensu cele-
et defecisse quo-
, et qui labor in
ilius alio et ele-
r.

Opinio, concideret
e studium et no-
ur disciplina in
ris tempore se se
n is sum A. O.
mptum odio ver-
e maiorum laus
adamasse ut ii

solum praeclari, beatique haberentur qui in
iisdem praestarent. Quin animadversum est a
summo viro Leonardo Salviati eo veteris littera-
ruriae studium aliquando deferuisse ut non
contemnendi caeteroqui scriptores quum popu-
lari sermone uterentur, callide quodammodo
latinis locutionibus scriptiones suas inficerent,
ne frugi videlicet et ineptus suus ille labor
videretur. Commenta et studia sua quaeque
tulit dies. Diversi enim ferimur pro tempesta-
tum varietate, et modo hic, modo illie iuvat
eruditio fructus. Contingit praeterea ut quem
summus aliquis vir Spartam aliquam eleganter
frequentarit ad eam vehementius trahantur
hominum ingenia; praesertim si sit cum inge-
niti utilitate coniuncta. Egregiorum aetatis
nostrae virorum in mathesi et in physicis in-
venta quis ignorat? His enim vero insigne ad-
ditum genti et saeculo deus, iisque opibus
locupletatae sunt severiores disciplinae, quas
ne antiquorum quidem in coniectando soller-
tissimi post simul collatos tot hominum, tot
ingeniorum labores polliceri sibi potuissent.

Non igitur aequalibus succenso quod praes-
tantiora, si superis placet, et utiliora cupide
adeo sectentur; imo et ipse mihi gratulor me
in tanta scientiarum luce versari. Unum con-
tendo, iniquum esse et omnibus disciplinis exi-
tiale has veluti otiosas litteras traducere perinde
ac si nihil inde emolumenti, nihil venustatis sit
hominibus accessurum. Atqui pulchrum est
graece et latine scire, quin et maxime laetan-
dum si haec studia floreant et vigeant auctoribus
iis per quos renatae sunt litterae. Horresceret
profecco, horreaseret ingenium ni amoeniore
politiorum litterarum cultu deliniretur, et in
apricum proferri necesse fuit vetera Graecorum
et Latii monumenta antequam ad hoc, quo tan-
topere deleatamur, scientiarum deus ventum
esset. Neminem sane vestrum latet A. O. primos
Italorum, et Mediceam gentem praesertim cui
tanta eruditae posteritatis eura, nil prius ha-
buisse quam ut incorrupta antiquorum volu-
mina manibus hominum tererentur et prius
Etruseos latine et graece loqui didicisse quam
Circino uti. Patet etiam ex historia quantum
omnes gentes in omnibus artibus profecerint
post graecas litteras per graecos homines capta
Bysantio in Italiam illatas, qui in Etruria et
apud Venetos ab Italibus principibus honesto
procul dubio et magnifico hospitio donati sunt.
Sed haec quum nimis in aperto sint omittam;
efficiam potius praeclare et utiliter in gram-
maticis investigationibus ingenium exerceri et
si quid venustatis in litteris est, id totum ex
veterum linguarum disciplina et grammatica
diligentia pendere. Grammatici munus est ver-
borum origines sectari, eorum usum ex con-
stanti optimorum scriptorum consuetudine ad-
signare, postremo definire; qua demum ratione
ex eorum potestate, positu, numero, varietate
orationis qua omnes tenemur elegantia oriatur
inquirere, et si quid sapit iisdem in scribendo,
in loquendo uti. Quis porro dubitet utilius nus-
quam industriam hanc collocari quam in ve-
terum scriptis? Est quidam, aperte dieam, ex-
quisitior pulchritudinis sensus in litteratura
afferendus, isque praestantissimus, cuins qui
expers sit, probabilem in caeteris facultatibus
navare operam queat, in litteratura non queat.

Nitidam hic et venustam prorsus efficit orationem, hic luxuriantem nimis venam scite coeret, hic attice castigat, urbana hic festivitate immortalium virorum quos antiquitas tulit scripta exhilarat. Hinc mira illa, ut obiter dicam, morum elegantia qua iuuennde adeo in summorum virorum consuetudine afficitur, hinc impetus ille quo ad egregia quaevi feruntur, et contemptus quo ea omnia quae praestantissima non sint aspernantur et respiciunt. Hac, eredo, pulchritudine capti improbos tot potuerunt labores suscipere viri doctissimi, haec diu haerentes in linguarum studio sustinuit, effecitque profecto ut quidquid ex temporis iniuria reliquum esset, rudera, cippos, nummos, quidquid uno verbo ad veteris litteratura arcana pertinet, impensis, itineribus, laboribus studiose ubiis et curiose conquererent.

Quid igitur grammaticis irascimur? Bossueti
maiestas, Fenelonii suavitatis, Buffonii varietas
delectat? Seribendi virtutem e veteribus hau-
sere viri immortales; aestu colorem, ornatum
ex eorum assidua lectione sunt assecuti. Qui
vero factum esset ut tot divitiis tam belle ute-
rentur nisi grammaticorum industria post cre-
berrimas temporum mutationes Demosthenis et
Tullii sermo revixisset?

Dicam ne de criticae artis usu et praestantia
quae in omni eruditione tam late patet? In hac
enim plurimum valeat necesse est qui absolutissimus
grammaticus audire velit. Toti nempe
grammatici fuerunt Manutius, Lambinus, Mu-
retus quem Codices conferent et emendant, in
quorum recensione horas se saepius in uno
altero vocabulo diligendo haesisse, praeclari
viri fatentur. Neque tamen a splendidiore litterarum
cultu abhorrebat, et Muretus praesertim
strenuus orator fuit et poeta elegantissimus.
Varie igitur et vehementer eos impellebat pul-
chritudinis studium, sive in illo vigiliarum
squallore delitescerent, sive quem fructum ex
diuturnis meditationibus perceperant in con-
cionibus et amicorum consuetudine afferent.
Hic monitos velim sedulitatis nostrae obtrectatores
aliquid demum ornamenti inesse in ea
disciplina quae a tam egregiis hominibus ho-
nestata est, et quae gravissimum praeterea
complectitur religionis studium, si theologis
maiorum gentium assentimur. Scio criticam
virtutem ad aeriora ingenia pertinere et na-
ture maxime deberi, sed eam facultatem ma-
xime iuvat industria, in qua facultate qui plura
viderit et comparaverit aliis praestellare necesse
est. Arbitror etiam ad hanc paullatim fingi
posse adolescentum mentes modo a praecep-
tore erudiantur qui Bentleii et Hemsterhutii
artem callens scriptores probe vertat et con-
ferat, qui omnia styli arcana et varias linguarum
rationes, quid enique scriptori et aeo-
tribendum sit expendat diligentissime.

Ad finem properat oratio et mihi durum ad-
modum est integrum non esse adolescentes qui
me quotidie audiunt in spem adducere se ali-
quando latini sermonis splendorem assecuturos.
Recreor ego sane et magnopere recreor suavis-
simis Flaminii poëmatiis; Fracastorii et San-
nazarii nitor et copia vere Romana et numquam
deficiens, Bembi gravitas, et aurea tua carmina,
modo Tibulli, modo Flacci leporibus adpersa,
o Paule Melesigenii, nulli mortalium elegantia

comparande, vehementer me rapiunt. Duo ta-
men deesse aiunt, quae maxime ad sermonem
faciunt, superbissimum aurum iudicium, et
consuetudinem. At primum ad pronunciationem
et spiritus praesertim pertinet, quos post tot
rerum conversiones immutari et oblitterari pe-
nitus aequum est, alteri contentione, lectione
argumentorum, quae a veteribus fuse et copiose
pertractata sunt varietate suppletur; quid est
igitur eur aedeo desperandum nobis sit? Cur
affirmare dubitabimus rectam latine scribendi
rationem eosdem progressus habituram, quas
caeterae philologiae partes? Ipse profecto quum
Ernesti et Runchenii latinas lucubrationes in
manus summissem facile conieci fore ut Ger-
mani aliquando in eam gloriae societatem se
offerant pro qua cum Italia Hispani et Galli
homines iampridem contendebant.

Invitus fere poetas attigi; solent enim ple-
rique nos acerbius perstringere quod eosdem
tam sedulo legamus. At quid tandem peccarunt
hominum suavissimi? Graviter mehercule de
virtute, de voluptatum contemptu, de immor-
talitate animi, de caritate patriae poetae seri-
psere, et quod philosophi persaepe iejune, ma-
gnifice ipsi et numero reddiderunt. At leves
sunt et de se sentiunt superbe. Quid ni et im-
probi aliquando? Per me valeant sane inepti
et mali poetae, valeat semper genus hominum
impotens et dicacissimum. Verum strenuam
ubique poetas litteris operam navasse, iisdem
que aditum munivisse ad omnes gentes huma-
nitatis expertes quis inficiabitur? Nam quod
olim de Germanis aiebat Melaneton, tum de-
mum eum bonis litteris in gratiam rediisse
quum primum versus scribere coeperunt, de
omnibus gentibus affirmat laudatus Ioannes
Augustus Ernesti philologus eximius. Cum sei-
licet exquisitor sit poëtarum ratio et eorum
suavitas facilius ab hominibus intelligatur, qui
felicem poëtarum copiam semel gustarunt, iis
non poterat non invisa esse philosophorum alio-
rumque scriptorum qui tunc essent barbaries
et ieunitas. Assentatores, et acres, et male-
diecos esse non moror. Ut enim homines inven-
iuntur sane non invenisti qui potentiorum
gratiae unice studentes modo haec, modo illa
communisuntur, iocis, narrantiunculis, aliisque
blandimentis, argute semper et lepide, improbe
nonnumquam in conviviis, in coetibus versan-
t, sic Deus ille poëtarum aulico euidam in-
genio indulgens, varius semper et elegans flet,
ridet, lascivit, blanditur et venustissime prorsus
animos hominum pertentat.

Haec erant quae de litterarum nostrarum di-
gnitate dicenda mihi videbantur in his tem-
poris angustiis. Restat ut mihi et vobis gratuler,
adolescentes optimi, quibus iisdem honestari
datum est. Fuit enim tempus, neque antiqua
commemoro, quum praeclara haec adolescen-
tiae ornamenta crudeliter prorsus et barbare
a nobis eriperentur. Pars tum calamitatis erat
nil amplius eruditis auribus dignum audire et
doctorum subsellia ab infantissimis hominibus
occupari, qui quod horride, quod absurde, quod
licenter a se dictum esset pro illustri, pro splen-
didio traduci vellent. Tum exulabant suaviores
musae, tunc sordidata iacuit eloquentia, et in
illo litterarum luctu quid videre et audiare nobis
non contigit? At si summae ignaviae argumen-

tum fuit antiquorum volumina e manibus vestris evellere ne simul eum ingenio virtus adoleceret, praececellentis, procul dubio, et strenuae naturae Augustissimi Principes argumentum fuit tot illustribus conatibus effecisse ut ad omnigenam gloriam institueremini. Quid de te loquar, o praesentissimum belli et litterarum numen, potentissime, et invictissime princeps, quum tot eloquentissimi laudaverint, et omnibus praeterea laudibus virtus tua inereditabilis adeo praestet? Utete virtute, utere felicitate. Narrabunt posteri tot populos tam brevi temporis spatio subactos, antiquissimum imperium quod aetas viderit eversum, reverentiam genti ad ultimos terrarum fines partam; te locupletatorem Gallici orbis, te statorem praedicabunt;

Diem itaque et horam Evangelista non seribit; illud unum docet, paulo post Iosephi Mariaeque adventum, Iesum Bethlehem editum. Sed de anni tempore, de mense, de die, de hora diei quamvis ne verbum quidem tradiderit, ea omnia distincte traditio fidelis Ecclesiae enstodivit: hieme Jesus natus est, mense Decembri, die vigesimaquinta, hora noctis media. Hac enim die, hac hora ab immemorabili nativitas Domini celebratur. Διαταγὴ τῶν ἡγίων ἀπόστολων (1), quarum antiquitas secundum aut tertium saltem attingit saeculum, primum ea docent, quibuscum concordes audimus S. Hypolytum Portuensem, S. Iohannem Chrysosthomum, S. Augustinum, qui vera atque legitima enarrata admittunt, quae proinde aut ipsa Dei-



Nec tamen defuere scriptores qui crederent Iesum hieme nasci nequivisse, quum Bethlehemici pastores tam rigido tempore pasci in apertum per noctem hanc consuescerent (1). Falsum tamen; quamquam enim elatus Bethlehem situs conspicitur, valles quae circum sunt ubertate multa atque miti temperie fruuntur; ita ut urbi nomen datum sit «domus panis».



Circa nativitatis horam, Lucas indirecete adnotat, quum narrat pastores φυλάκχες τῆς νυκτὸς tune agere. Operiebant igitur tenebrae terram quum Iesus venit: «Mystice factum est, — ani-

sacramentum ut a Iesum in praesepio Ceterum bovem stat videtur insolitus; a test illum fuisse, e insedit; ita plane in pia. Sed ea forte a verat inquiens: « suum et asinus pr autem me non cognoscere. Nativitate Christi, se pheta potius loqueretur illud Abacuc: εἰ μέν « In medio animam verba haec male exprimit; ubi, iuxta « Virum

Pastores autem c quos angeli advocaverunt Infantem. Quomodo vocarentur traditions. Sunt qui pserint, eorumque ne Acheel, Stephanum, haec autem Graeca. ipsis in Apostolorum batur vir Hierosolyma sunt vero et Patres quod fuisse asserant.

Eos in regione sparbit, turisque, Sanetum supererat prope Migdal Eder (quod quam eirenum fereban consedisse. Quos imo quo oriundos traditiones. Beit Sahour vocant. Iesse filius, adolescens in loca perduxerat, vigilabant φυλάκους.

Tertia autem vix invitaret ad visitandum summa laetitia eum in altissimis Deo et bonae voluntatis».

Pastores itaque ad natum viderunt, et... ditio id quoque affirmat caelis in terram deserto tollenda, eos lanam non nassee.

Hisee explicuit mynes beatissima, quoniam redirent ad mapalia novus enatum hominem.

Aliena vita in oculis

Dulcior et religiosa eas

Historia non debet ergo veritas sufficit.

(1) ISAIAS, I, 3.



Praesepio Domini a MURILLO effectum.
(Photographie expresserunt FR. ALINARI, Florentiae).

mihi homini inexercitatissimo tibi gratias agere licet, quod egregios quibus undique eingor adolescentes, lectissimum totius populi florem illustribus adeo viris commendaveris, quod homines doctrina, gratia, auctoritate, functis muniberis apud populares clarissimos iisdem praefeferis.

DE SACRA NOCTE IESU NATALI⁽¹⁾.

CHRISTI Domini natalem Sanctus Mattheaus paucis enarrat: at S. Lucas fusius describit et singillatim adjuneta tradit. «Factum est autem quum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret (Maria). Et peperit filium suum primogenitum et pannis eum involvit (ἐσπεργύζωσεν) et reclinavit eum in praesepio».

(1) Cfr. CHAUVIN, *La sacra infanzia del Cristo*. (Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc., 1905).

para aut quidam ex Apostolis docuit, eoque magis quod tertio Ecclesiae saeculo Augustalis descriptionis Iesu nascente peractae adhuc in tabulariis documenta cuiilibet perlegenda superessent.

Sunt vero qui eridunt, ut Wieselerius (2), non Decembri mense labente, sed Ianuario ineunte Christum esse natum: idque, insolitus licet videatur, nullius tamen admirationem excitat. Romanis enim atque Hebreis non eadem erat ratio anni computandi, hiemalemque solstitium, quem Romani Decembri mense scribebant, Ianuario contra mense illi obsignabant. Hos itaque Orientis populi sequuntur, dum Occidentales Romanam computationem tenemus.

(1) Cfr. V, 13.

(2) *Chronologische Synopse der Evangelien*.

madvertis Tertullianus — ut Christus nocte nascetur lux veritatis futurus ignorantiae tenebris». Sed in libro *Sapientiae* melius hora describitur: noctem sanctam medio in eurieulo esse, quum Verbum in terram descendit (2).



Traditio autem sequitur narrans animantia duo, bovem et asinum, Iesu ad stabulum adfuisse. Antiquissimae murales picturae in coemeteriis ad Christum natum bellas exhibent, nec si aliquando absunt parentes Ioseph et Maria, unquam iumenta desiderantur. Ecclesiae Patres multi rem confirmant scriptis: Hieronymus, Chrysologus, Paulinus, Prudentius, Nazianzenus, Origenes; Ecclesia itaque in saera nocte concinit: «O magnum mysterium et admirabile

(1) Cfr. CUMMING, *Sabbath evening Readings on St. Luke*.

(2) *Sap.*, XVIII, 14.

ptores qui crederent
esse, quum Bethlehe-
lo tempore pasci in
d consuecerent (1).
n enim elatus Beth-
valles quae circum-
miti temperie fru-
m sit «domus panis».

, Lucas indirecete ad-
s φυλακής τῆς νυκτός
itum tenebrae terram
ce factum est, — ani-

sacramentum ut animalia viderent Dominum Iesum in praesepio! ».

Ceterum bovem stabulo adfuisse haud profecto videtur insolitum; asinum vero facile argui potest illum fuisse, cui Virgo Mater in itinere insedit; ita plane intelligitur traditio suavis et pia. Sed ea forte adiuneta Isaías praenuncia verat inquiens: « Cognovit bos possessorem suum et asinus praesepe Domini sui: Israel autem me non cognovit » (1); quamvis non de Nativitate Christi, sed de populi sui coecitate propheta potius loqueretur. Neque dissimile sonat illud Abacuc: ἐν μέσῳ δύο ξών γνωσθήσῃ, scil: « In medio animantium cognosceris », quum verba haec male ex Hebraico textu lecta fuerint; ubi, iuxta « Vulgatam » intelligi debeat: « In medio annorum notum facies (opus tuum) ».

¶

Pastores autem circum erant advigilantes, quos angeli advocarunt ad specum, ubi invenierunt Infantem. Quot vero fuerint pastores et quomodo vocarentur non silent pariter piae traditiones. Sunt qui quatuor eos fuisse scripserint, eorumque nomina tradiderint Misael, Acheel, Stephanum, Cyriacum; illa Hebraica, haec autem Graeca. Neque id mirum, quum ipsis in Apostolorum actis celeberrimus inscribatur vir Hierosolymitanus nomine Στέφανος: sunt vero et Patres qui tres tantum ποιησάντες adfuisse asserant.

Eos in regione sparsim advigilare Lucas scribit, turisque, Sancti Hieronymi aetate, etiam tum supererat prope Bethlehem, cui nomen erat *Migdal Eder* (quod « turris ex grege » sonat) quam circum ferebantur pastores illi felicissimi consedisse. Quos imo ex oppido satis urbi propinquuo oriundos traditio dixit, quos hodie Arabes *Beit Sahour* vocant. Eas per valles David rex, lesse filius, adolescentulus greges et ipse ea in loca perduxerat, ubi tunc beati illi viri advigilabant φυλάσσοντες φυλακής τῆς νυκτός.

Tertia autem vix inita vigilia, patuerunt caeli et coelestis spiritus advolavit, ut eos doceret natum in terris Dominum et locum indigitaret et invitaret ad visitandum. Tunc agmen aligerum summa laetitia concinit hymnum: « Gloria in altissimis Deo et in terra pax hominibus bona voluntatis ».

Pastores itaque ad Bethlehem properarunt, natum viderunt, et... dona ne obtulerunt? Traditio id quoque affirmat, asserens Agno qui e caelis in terram descenderat ad peccata mundi tollenda, eos lanam ac lac ovium suarum donasse.

Hic explicuit mysteriis nox illa inter omnes beatissima, quumque illucesceret dies et redirent ad mapalia sua pastores, oriens sol novus enatum hominum redemptorem visitavit.

Aliena ritua in oculis habemus; nostra a tergo suni.

SENEC.

Dulcior et religiosa castigatio, quam blanda remissio.

S. AMBROS.

Historia non debet egredi veritatem, et honeste factis veritas sufficit.

PLIN. IUN.

(1) ISAIAS, I, 3.

In Christi Domini Nativitatem*

Quae nox beata cedit ortum, Bethlehae,
Deum Puellum, luce plus resplenduit
Meridianā: tanta vel minoribus

Erupit astris claritas!

His stella, solis aemula,

Praeibat: apta dux Eois Regibus.

Insueta lux nido receptas evocat
Aces, docetque cantitare suavius;
Gens ipsa gryllorum nocas perniciibus
Ducunt choreas crusculis,
« Io! — canentes — editus
Est Auctor Orbis, noster idem Conditor! »

Hibernus aēr cooperat tepescere,
Tibique flores, Flos venuste Iesule,
Proferre laetos; coepit et mollescere
Durum tui grabatuli
Foenum, quod, instar cespitis
Sub te carentis, culcitellam praebevit.

Uvas et Engaddina tellus procreat
Repente maturas; tibique melleas,
Mellite Iesu, porrigit. Lectissimo
At tu racemo dulcior,
Qui, Botrus ipse, pectora
Mulces inebriasque dico nectare.

Iam nemini nemo nocet; communia
Cervus frequentat cum leone pascua;
Capella pardos ludit inter; laniger
Se grex amicis obiicit
Ursi lupique amplexibus,
Et experitur, nuper hostes, hospites.

Nocata Tellus, Pontus, Aether: integra
Natura demum saecla sentit aurea
Sibi renata. Somnus ipse suscitat
Iucunda passim somnia
(Nec illa rana), prospera
Quae nunquant oborta mundo tempora.

Tum forte Pastores, per arra Bethlehae,
Oves regebant. His repente Nuntius
Fit obviam supernus, astro clarior,
Qui: « Ne timete! — suscipit: —
Gaudete qui, Caelestibus
Pares, Dei cernetis ora cominus.

Hāc est beatā nocte natus, Bethlehae,
Deus Redemptor, vota longa gentium;
Adite, quem licebit hoc agnoscere
Signo: Puellus, asperā
Est involutus fasciā,
Cavoque collocatus in praesepio ».

Dixit; statimque vasta turba Caelitum,
Illapsa terris, plaudit atque altissimo
Desert Deo, canore laeto, gloriam;
Desertque nobis, improbis
Dei Puelli fratribus,
Beata pacis, dum velimus, munera.

Haec inter, excilire primū gaudio
Coepere Pastores: « Sodales! — denique
Compellat alter alterum — Quid desides
Hic immorarum? Bethlehem!
Eamus usque Bethlehem,
Quo diva nos trahit Puelli gratia! »

Raptimque currunt, tactus ut venantium
Currit sagittā cervus. In domunculam
Intrant Puelli, qui, Parentem virginem
Et virginem Nutritum
Locatus inter, advenis
Arridet, et risu beatos efficit.

Stupere tunc et ore aperto cerneret
Haerere mutos. Mox, loquelā redditā,
Centena quisque, dum madescit fletibus,
Et verba fundit dulcia
(Ut moris est amantibus),
Et vota gignit dulciora vocibus.

Portaverant minata, quae pastoribus
Sunt dona: pressum lac et alba vellera;
Haec tradituri, molliore quo licet
Gradu propinquant lectulo.
Nec dona Jesus despicit,
Qui mulcet extensā datores palmulā.

Hāc comitate facta gens audientior,
Ut osculandum det venustum Filium
Rogant Parentem. Quanta basiatio
Tum facta! quot vestigiis
Impressa tunc, quot palmulis
Genisque mollibus beata suacia!

Posthaec aenā, quam maritant vocibus,
Canunt, et accinit Maria, Caelitum
Choraga. Quos Puellus ut suavissimos
Audire cantus incipit:
« Ha! Ha! — (quod infantes solent) —
Ha! Ha! » reponit, et sopori traditur.

Qui fecit obdormire cantus Iesulum
His constitisse fertur aptis versibus;
Facete linguis, Audientes, carmina
Haec dum recanto; fingite
Et vos adesse cunulis,
Quies acquiescit pulcher ora Pusio:

« Delapse caelis, adeola,
Sopor salubris! lassulo
Blandire iam Puellulo:
Veni, Sopor! nec tardipes.
Si me liceret munere
Fungi Soporis, indice
Quam mox amico clauderem
Tuas, Puelle, palpebras!

At si quietis indigum
Te vis amoris reddidit,
Certe quiesces, auspice
Amore si cantavero.

* Ex Italica cantiuncula, quam S. Alfonsus M. De Ligorio dialecto Neapolitana conscripsit.

*Amoris ergo carmina
Tibi sonabunt: Te, Puer,
En ardeo». — Sed intulit
Haec una somnum vocula.*

*« Te flamma, Iesu, pectoris!
Te suaritas... ».*

*Sub hisce Pastores recedunt canticis
Ovile versus; ast amore perciti,
Ad alma Iesu mox remigrant limina;
Visunt, revisunt impigri
Et osculantur melleum,
Apes ut alvear solent, praesepium.*

*Solus fremebat, inter haec communia,
Quae Christus ortus excitârat, gaudia,
Avernum, aut si forte quis mortalium
Herodis esset aemulus:
Solem rapaces scilicet
Odere fures, horridaeque noctuae.*

*Heu! lucis osor ac malus tenebrio
Et ipse rixi: quod tamen me poenitet;
Nec obstinatâ mente sum: cunabulis
Placet decori Jesuli*

*Adesse nunc, ut cernuus
Adest asellus, cernuusque buculus.*

*Sol dire Iesu! squalidam caliginem
Depelle tu meam; resolve frigora,
Quibus rigesco. Sub tuis splendoribus
Pix atra, digna Tartaro,
Repente candet, siderum
Ut aemuletur, gemma, pulchritudinem.*

*Quid est, Puelle, flere te quod audiam?
Te flere cogit fletus a me tamdiu
Omissus improbo. Sed o quam lugeo
Vitam peractam! Pridie
Quam te, scelestus, laederem,
Cur innocentem prompta Mors non sustulit?*

*Binis, dolendo, iam liquecam fontibus,
Labes ut eluam maligni pectoris;
Voloque, fletus ut tenellos irriget
Pedes Puelli, et algidos
Tepente lymphâ mulcat,
Donec serenus: « Iam peperi » dixerit.*

*O me beatum! quo die suavissimum
Illud sonare « Iam peperi » sensero;
Hoc tu, Maria, dulce verbum Filio,
Sequestra mitis, elice;
Nec sperne sottem, sotnum
Quae Mater es, salusque certa supplicum.*

F. X. REUSS.

GEOGRAPHICAE NOTAE

Suetiorum mores.

*Q*uum aquas a terris Deus seiunxit Suetiae « Oblitus est ». Haec iocose Suetiorum populus saepe iterat, quum suam terram contemplatur; terra enim eum aquis ita per Suetiam omnem permixta est, ut Stokolma urbs caput quasi novae Venetiae appareat, multis conflata insulis, multis pontibus connexis, quae omnia insolitum adspectum praeseferunt.

Regionis ambitus Galliam paene aemulatur; sed populi multitudo Lutetiensem populum nec

duplicat. Terrae plerumque variae, palustres, steriles, aer frigidus, diurnus hiems ut cultus agrorum perardus fiat; industres vero opes aptae populo et ipsius omnino propriae florescent. Quum viatores Stockolmam petunt vix quatuor urbes longum per iter vident, neque ex eis una est, quae quinquaginta hominum millia collegerit.

Has circa urbes, quae tamen augmentur in dies, lata sunt arva patriciorum gentibus antiquitus addita, quae ibi suis in praedis vivunt, quae illis regales leges tutantur ne veneant, neve dividantur prohibentes.

Ad maris litus vel ad lacus ripam erectae urbes similem omnes faciem habent, mundam eam quidem et lustratam undique. In viis nullae sordes, non pannosi aut foedi pueri, non mercatores importuni, non diariorum queruli venditores; sed omnes graves, silentes, humani. Ordinem atque compositionem tantam virtute animorum magis quam legum vi et imperio esse servata patet: ac beatitudinem omnium quamdam circa se regnare peregrini admirantur.

Suetius populus plerumque gravis, parens verborum et lentus: res publica autem unam tantum mentem habere vulgo dicitur, ut civium omnium felicitatem augeat; leges enim civium acta non minutatim regunt, sed singulorum libertatem late protuntur. Itaque rara iudicia atque brevia admodum, quibus perraro privati utuntur. Qui neque patronis neque cancellariis magnam partem relinquent, sed sponsiones datas servant fideliter, neque proximo nocere contendunt.

Conscientia singulorum negotia omnia moderatur, neque ulla pugna de negociosis augendis exoritur. Quodsi dissensio exsurgit, ad arbitrios utraque pars confudit, qui rem aequitatem duec facile componunt.

Probitas vero omnibus ordinibus communis est: rari fures, homicidae rarissimi, vigilesque urbani hand multa cavenda habent.

In publicis vehibus non a custodibus tesserae venundantur, sed dum quisque ascendit currum suum obolum in gazophilacium immittit. In theatris patent capsariae aulae ubi vestes reponuntur, nec quisquam alterius sibi penulam aut baeculum surripit, quamvis nulli custodes adsint.

Mutua haec fides pacem servat ubique, quia singuli proximum se habere putant, non hostem, verum amicum et adiutorem. Generalis inde quies atque securitas et beatitas, cui omnes incident.

Quodsi medendum publico vitio sit, concordi animo id omnes eaveant, ut quum contra ferentes potus lata lex est de publica valetudine, quae rigide custoditur atque detrimenta corporum abigit omnino, simulque vetat ne puerulis aut adulescentulis tabaci fistulae aut fragmenta veneant; quae omnia ad unguem adimplentur!

Vestigalia levissima ibi, ut nullibi terrarum, beatum eivem faciunt, qui vix parvum obolum magnis pro divitiis reipublicae solvit. Commerce vero industresque res nulli tributo obruantur pariterque equi, vehes, atque Insiriae tabulae pilares; sed canes tantum tributo tenentur. Nulla personarum, nulla artium liberalium, nulla pactionum vestigalia sunt.

Inde efficitur ut in Suetia omni sive in urbibus sive in agris nullus pauper inveniatur vel egenus. Etsi autem terrarum ubertas pauca sit et aer rigidus, vita civium plerumque facilis discurrat atque humanissime, eius omnia opera uno tantum proximorum studio moventur.

Ruri oppida sunt, ubi gentes vivunt more antiquissimo, quae gard appellant: ibi quum quis moratus fuerit, populi cultum et habitus omnino noverit. Quae quidem oppida longe plerumque distant ab urbe; sed agricultae omnes, quae late circum pasca colunt, ibi centrum habent. Latissime patent enim circum agri, ubi et laetus inveniuntur et silvae, et palustria loca; sed arva quoque, quae assiduo cultu, hordeum, gramine, tubera parant. Sunt autem agri minime venales, ita ut fructum afferant semper uberrimum.

Agricultas suos omnes dominus non modo gubernat, sed fovet et custodit. Domus ipse parat suis sumptibus plerasque ligneas, arbores truncis ac petris aedificatas. Peccudes publica auctoritas sedulo lustrat, quia ex eis maximum luerum gentis efficitur. Ne igitur morbis labore publice eavetur, bovesque singulos suas oportet habere tabellas de genere suo et valetudine narrantes. Lac autem et caseum, quorum maximum est cum Anglis commercium, plurima cautela lustrantur: stabula quater in die mundantur, et quotannis purifieantur.

Sua arva plerumque dominus excolit, einsque circa domum servi sunt, agricultae, fabri, quos etsi tenui salario, paternis tamen studiis ille curat. Servi autem multi, eorumque merces non tam pecunia quam eibo vestibusque solvit, emeritisque stipendiis numismata quoque donantur, quae laeti illi circumferunt in tuniceis. Dominus autem non modo vietum præbere, sed etiam documenta et exempla tenet tradere familiaribus, ipsisque scholam parare, ubi et legere et scribere et artem exercere suam pueri discant.

Haec de Suetiorum moribus dicere habui, ut innescat facile quomodo, non odio aut bellico furore, sed quieto animo tulerint Norvegos a suo regno secessisse, et suum iuxta beneplacitum novam rem publicam constituisse.

DE GYMNICIS LUDIS APUD VETERES.

L AUDATORES temporis aeti, qui, præsertim corporum vires, longe meliores fuisse apud veteres quam apud nostros aequales queruntur, nimis parum mores considerant, quibus illi regerentur; qui, si hodie quoque in circulo aut in palaestra adhiberentur, omnium indignationem in sese concitarent.

Pueros magistri docent ubique, atque exempla confirmant non fraude aut pecunia comparandam esse vitoriam, sed constantia et virtute: adversam vero fortunam non taedio aut dolore, sed virili animo sustinendam esse. Vitam enim tolerare potius quam abiicere, optime facere melius quam ditari nostrum finis sit oportet, ut sapientia monet.

Atqui si eum antiquis ludis comparisonem instituamus, aperte patebit quo quidem animo ea certamina maiores nostri inirent.

Ex Vergilio exercitum certamen: na Pristim Mnestheus taurum Sergestus, quae longe in scop rentibus. Tuba can Gyas primus procedit optimo omnia eunt optime omnia, apparel: Gyas inbetorem navis seculum rere, et cursum ver syrtim incidat, latim modo Cloanthus eius immittit et pri

Tum vero exarsit iu Nec lacrymis caruerit Oblitus decorisque su In mare precipitem

Hunc furoris impetu at quasi Iudierum quam; quinimo

Illum et labentem T Et salsos rident rem

Ululatus ille atque ltereas quae in certam tendentium minae, e Teuerique, qui tranq tem talia vident, me videntur. Dominatore venes, qui tam vehe que leges unquam d regi decet, patetque et nefas tendere, qui fletum effundunt.

Mox pedibus certanitatis leges omnes et culcata videmus. Nislymus aliique concur Nisus; at quum prope tauorum qui paulo a labitur. Lapsus tame comprehendit et agit Euryalo, dilectissimo favet, qui reapse met

Insolitus tunc fit medio in circulo atque r fraudae ademptum. Eusidas visit, deflet, a clamant ceteri Deos Teueri tantam specta dux?

Tum pater Aeneas: Ves Certa manent, pueri, et Me liceat casus miserari

Sic fatus — quae proti am sunt, atque om aspernantur — rem qu tendit, et:

....tergum Gaetuli in Dat Salio, villis oneros Quid vero? Num comedem fraudolentus ille in medium profert in fraudis expostulat:

....Si tanta, inquit, su Et te lapsorum miseret, Digna dabis? primam m

(1) Aen., V, 114 et seqq.

ia omni sive in ur-
auper inveniatur vel
m ubertas pauea sit
a plerumque facilis
e, cuius omnia opera
studio moventur.

gentes vivunt more
appellant: ibi quum
li cultum et habitus
em oppida longe ple-
sed agricolae omnes,
colunt, ibi centrum
nim circum agri, ubi
ae, et palustria loca;
iduo cultu, hordeum,
nt autem agri minime
fferant semper uber-

dominus non modo
ustodit. Domus ipse
rasque ligneas, arbo-
rificatas. Pecudes pu-
lustrat, quia ex eis
efficit. Ne igitur
avetur, bovesque sin-
tabellas de genere suo
Lac autem et caseum,
in Anglis commercium,
ar: stabula quater in
nis purificantur.

ipse dominus excusat,
ervi sunt, agricultae,
ario, paternis tamen
nt multi, eorumque
nam eibo vestibusque
ndiis numismata quo-

illi circumferunt in
on modo victum praec-
ta et exempla tenetur
isque scholam parare,
e et artem exercere
ribus dicere habui, ut
o, non odio aut bellico
tulerint Norvegos a
num iuxta benepla-
m constituisse.

APUD VETERES.

acti, qui, praelestim
e meliores fuisse apud
os aequales querun-
considerant, quibus
si hodie quoque in
dhiberentur, omnium
nentarent.

ubique, atque exem-
le aut pecunia com-
n, sed constantia et
fortunam non taedio
no sustinendam esse.
tius quam abiicere,
m ditari nostrum finis
monet.

Iudis comparationem
t quo quidem animo
stri inirent.

Ex Vergilio exempla secernimus. Ecce nau-
ticum certamen: naviculae concurrunt quatuor:
*Pristim Mnestheus regit, Chimeram Gyas, Cen-
taurum Sergestus, Scillam Cloanthus.* Quercus
quaes longe in scopulo eminent meta est cur-
rentibus. Tuba canit; naviculae vela solvunt.
Gyas primus procedit, eum sequitur Cloanthus;
postremi Mnestheus Sergestusque veniunt. Dum
eunt optime omnia, nulla ira est. At iam meta
apparet: Gyas iubet tunc Menoetem gubernato-
rem navis scopulo quam arctissime adhae-
rere, et cursum vertere; at ille timens ne in
syrtim incidat, latorem orbem describit. Eo
modo Cloanthus eius inter navem et scopulum
sese immittit et primus evadit. Gyas

*Tum vero exarsit iuveni dolor ossibus ingens:
Nec lacrymis caruere genae, segnemque Menoetem,
Oblitus decorisque sui sociumque salutis,
In mare precipitem puppi deturbat ab alta.*

Hunc furoris impetum insanum spectant omnes,
at quasi ludierum habent, neque horret quis
quam; quinimo

*Illum et labentem Teucri et risere natantem
Et salsos rident removentem pectore fluctus (1).*

Ululatus ille atque lacrymae, reliqua etsi praeteraeas
quaes in certamine contigerunt, atque con-
tentientium minae, et Gyas furens et Aeneas
Teucrique, qui tranquillis oculis quasi ludi par-
tem talia vident, mehercule parum laudanda
videntur. Dominatores sui minime apparent in-
venes, qui tam vehementi ira concitantur, ne-
que leges unquam didicisse, quibus certamina
regi decet, patetque eos ad victoriam per fas
et nefas tendere, qui dedecore accepto tantum
fletum effundunt.

Mox pedibus certamen succedit, dum huma-
nitatis leges omnes et documenta spreta et con-
culta videmus. Nisus, Salius, Euryalus, He-
lymus aliisque concurrunt. Praecurrit omnibus
Nisus; at quum prope metap attingit, sanguine
taurorum qui paulo ante caesi fuerant humili-
abitur. Lapsus tamen Salii sequentis crura
comprehendit et agit in terram, eaque fraude
Euryalo, dilectissimo amico, qui tertius erat,
favit, qui reapse metam primus arripit.

Insolitus tunc fit tumultus. Clamat Salius
medio in circu atque reddi sibi praemium rogat,
fraude ademptum. Euryalus, qui per amici in-
sidias vicit, deflet, amittendi praemium metu;
clamat ceteri Deosque obtestantur. Quid vero
Teueri tantam spectantes audaciam; quid pius
dux?

*Tum pater Aeneas: Vestra, inquit, munera vobis
Certa manent, pueri, et palmam movet ordine nemo:
Me liceat casus miserari insontis amici.*

Sic fatus - quae profecto contra omnem iusti-
tiam sunt, atque omne aequitatis praeceptum
aspernantur - rem quodammodo restituere con-
tendit, et:

*....tergum Gaetuli immane leonis
Dat Salio, villis onerosum atque unguibus aureis.
Quid vero? Num contenti omnes sunt? Equi-
dem fraudolentus ille Nisus, - quis credat? -,
in medium profert pedem atque praemium
fraudis expostulat:*

*.... Si tanta, inquit, sunt praemia victis,
Et te lapsorum miseret, quae munera Niso
Digna dabis? primam mercis qui laude coronam....*

(1) *Aen.*, V, 114 et seqq.

Et pater Aeneas illi quoque arridens satis-
fecit, iussitque clipeum efferri egregia arte
insculptum, eique donat (1). Haec profecto nun-
quam in hodierno certamine absque poena
admitterentur, atque palam ostendunt aequitatem
et virtutem nanci esse apud veteres aesti-
matam.

De pugna Daretem inter et Entellum similia
dicenda sunt, quorum iactantia magna, vanitas
ridicula, multa crudelitas apparent. Haec no-
stris pugilibus omni cura abiiciuntur, ita plane
ut gymnica certamina ad quae pueri excentur
eorum dum membris prosunt, virtutem quoque
confirment, docentes eos operari et agere in
negotiosis et studiis virili animo et forti debere,
ita ut virtute et constantia vincere in vita quoque
vivenda addiscant et horrere fraudem et
insidias. Huiusmodi sunt morum emendationes,
quas hisce ex ludis assequi iuvat.

EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE.

Ex Congregatione Consistoriali:

Territorium Wackelbeckerfeld loci vulgo Altensem-
sem nuncupati in Borussico regno a Coloniensi Archie-
piscopali ecclesia seiungitur et paroeciae loci Horst
Emscher dioecesis Monasteriensis aggregatur. Ad bono
fidelium consulendum documenta omnia ecclesiastica,
quaes vel fideles vel loca in eodem territorio existentia
respicunt a Cancellaria Metropolitanae Coloniensis
ecclesiae extrahentur et Cancellariae Monasteriensis
ecclesiae tradentur in eadem in posterum diligentissi-
mose servanda. (Ex deer. d. V mens. Maii an. MDCCCV).

— Canonicis ecclesiae Calaguritanae indulgetur
ut intra limites Calaguritanae dioecesis vestem ta-
larem nigrum cum oris, globulis, collari et caligis
coloris violacei licite ac valide gestare possint et
valeant, itemque in pileo et bireto flocculum viridis
coloris, servatis Apostolicis Constitutionibus, ritu-
libus dispositionibus aliisque de iure servandis, in
contrarium facientibus. (Ex deer. d. XV mens. Maii
an. MDCCCV).

Ex Congregatione Episcoporum et Regula- rium:

Dilata professione solemini post Capituli votum
Superior non tenetur iterum exquirere votum Capituli,
quum tempus advenerit admittendi candidatum
ad professionem solemnem. (Ex deer. pro Ord. S. Be-
nedicti d. XVIII mens. Augusti, an. MDCCCV).

Ex Congregatione Sacrorum Rituum, Indul- gentiarum et Sacrarum Reliquiarum:

Festum B. Ioannis M. Vianney, Confessoris, die
IV mens. Augusti recoletur in universa Bellicene, dioe-
cesi, sub ritu dupli maiori et Officio ac Missa pro-
priis, servatis Rubricis. (Ex deer. d. XII mens. Apr.
an. MDCCCV).

— Officium eum Missa ab Ordine Eremitarum S. Au-
gustini die XIII mens. februario festo B. Confessoris
Stephani Bellesini sub ritu dupli maiori persolveretur
fixe translatu in diem XXI eiusd. mensis Officio S. Titi
Episcopi Confessoris. (Ex deer. die XII mens. Apr.
an. MDCCCV).

— Confirmatur cultus ab immemorabili tempore
praestitus V. S. D. Christophoro a Romandiola Ord.
Min. S. Francisci Beato et Saneto nuncupato. (Ex deer.
d. XII mens. Apr. an. MDCCCV).

— Festum BB. Martyrum Agathangeli et Cassiani
Ord. Min. Capuccinorum pro ipsa Capulatorum fa-
milia quotannis agetur die VII mens. Augusti sub ritu
dupli maiori cum Officio et Missa de communi plu-

rimorum Martyrum, verum cum Orationibus in Missa
et Lectionibus II Nocturni propriis, nec non per el-
logium Martyrologio Ordinis inserendum, servatis Ru-
bricis. (Ex deer. d. XXIII mens. Iulii an. MDCCCV).

— De specialissima gratia nunquam in exemplum
afferenda singulis sacerdotibus Cleric. Reg. Ministran-
tium Infirmis conceditur facultas in altari portatili
Missam celebrandi in publicis Nosocomiis alisque piis
locis vulgo Lazzaretti nuncupatis, nec non in domibus,
uti aiunt, Case di salute, quoadusque ibidem commo-
rentur. Pro aegrotantium autem privatis domibus po-
testas fit tum supremo Moderatori, tum singulis pro
tempore Praefectis unicuique Provinciae CC. RR. me-
moratae Congregationis ut pro suo quisque prudenti
arbitrio et conscientia, praevio tamen Ordinarii loci
consensu, permittat Missae sacrificium in altari por-
tatili celebrari, dummodo loci decentiae, meliori quo
fieri possit modo, provideatur. (Ex deer. d. XXVI
mens. Iul. an. MDCCCV).

— Festum B. Gasparis del Bufalo in Urbe eiusque
districtu statuit die XXIII mens. Iunii cum Officio
et Missa propriis, sub ritu dupli minori, servatis
Rubricis. (Ex deer. d. IV mens. Augusti an. MDCCCV).

— Adolescentibus confessis et ad mentem Summi
Pontificis pie orantibus, die quo primum S. Synaxim
celebraverint indulgentia plenaria conceditur. Eadem
eorumdem adolescentium consanguineis ad tertium
usque gradum, piis caeremoniis primae Communionis
adstantibus, si pariter Sacramentali Confessione rite
abulti sacram Synaxim suscepient et ut supra ora-
verint. Septem vero annorum totidemque quadragen-
narum Christifidelibus, qui corde saltem contrito eis-
dem caeremoniis interfuerint. (Ex deer. d. XII mens.
Iulii an. MDCCCV).

— Editio typica librorum Gregoriani cantus a Com-
missione Pontificia paranda ita servari mandatur,
ut in posterum melodias gregorianas in futuris huius-
modi librorum editionibus contentae, praedictae typi-
cae editioni, nihil prorsus addito, dempto vel mu-
tato, adamassim sint conformandae, etiamsi agatur de
excerptis ex libris iisdem. Nulli tamen fas erit li-
brorum cantus gregoriana sic restituti in totum vel
ex parte editionem suscipere aut evulgare, nisi prius
a S. Sede facultatem obtinerit, normis servatis et
instructionibus S. R. C. Est denique Sanctissimi desi-
derium quod ubique locorum Ordinarii eurent ut
quilibet libri hue usque editi cantum liturgicum re-
ferentes, etiamsi quocumque pontificio privilegio mu-
niti, aut quavis approbatione commendati, sensim sine
sensu, quamprimum tamen, ab ecclesiis etiam Regu-
larium romanum ritum sectantibus amoveantur, ita
ut libri liturgici gregorianos concentus continentis ii-
tantummodo adhibeantur, qui iuxta normas supra di-
ctas compositi, huic typicae editioni plane fuerint con-
formes. (Ex deer. d. XIV mens. Augusti an. MDCCCV).

Ex Commissione Biblica:

Proposito sequenti dubito Consilium Pontificium pro
studiis de re biblica provehendis respondendum cen-
suit, prout sequitur.

Dubium: Utrum admitti possit tamquam principium
rectae exegeseos sententia quae tenet S. Scripturae
libros, qui pro historicis habentur, sive totaliter, sive
ex parte, non historiam proprie dictam et obiective
veram quandoque narrare, sed speciem tantum his-
toriae prae se ferre ad aliquid significandum a pro-
prie litterali seu historica verborum significacione
alienum?

Resp.: Negative, excepto tamen easu, non facile
nec temere admittendo, in quo, Ecclesiae sensu non
refragante, eiusque salvo iudicio, solidis argumentis
probetur hagiographum voluisse non veram et pro-
prie dictam historiam tradere, sed, sub specie et forma
historiae, parabolam, allegoriam, vel sensum aliquem
a proprie litterali seu historica verborum significa-
tione remotum proponere.

Die autem XXIII mens. Iunii a. c. in audiencia am-
bus r̄mis Consultoribus ab actis benigne concessa,
Sanctissimus praedictum responsum ratum habuit ac
publici iuris fieri mandavit.

— ◊◊◊◊◊ —

DIARIUM VATICANUM.

(Die xxi mens. Oct. — d. xx mens. Nov. MDCCCCV).

Coram SSmo admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos Antistites aliosque viros, qui sui cuiusque munieris gratia Pontifice de more adiverunt, peculiari nota digni sunt iuxta admissionis diem: De Leininghen comes; peregrinorum manus e dioecesi Monasterensi; pueri ex Cabalbo terrae motu parentibus orbat, eura Letitiae e Sabaudorum gente collecti atque a nobilibus matronis Amalia Cappello, Gabriela de Rege una cum reverendis presbyteris e Salesiana familia Gusmano et Garneri coram adducti; Aemilius Wetterle sacerdos, publici Germanie cœtus legatus; De Tovar marchio, Hispanorum apud Apostolicam Sedem legatus; D'Erp dynasta, Belgarum apud Pontificem administer; Nicolaus Szecsen de Temerin comes, Austrorum Hungarorumque legatus apud Apostolicam Sedem; Maria Theresia Ledochowska comitissa, rectrix Soc. a S. Pietro Claver; P. Riordan, Collegii Hibernorum de Urbe rector nuper creatus; Albertus Blancas docto, negotiorum Argentinae reipublicae gestor apud Apostolicam Sedem; Andreas Morrisey ex intimis Pontificis cubiculariis, rector athenaei Nostrae Dominae de Indiana, in civitatibus foederatis Americae septentrionalis; Hispanorum collegii de Urbe alumni cum episcopis suis, qui Romam, «ad Apostolorum limina» convenerunt; Melitensium equitum Magister generalis.

Pontificiae electiones.

— Rmns d. Iosephus Aversa, alter a Secretis Congregationis Negotiorum Ecclesiasticorum extra ordinem, in Cubanam insulam speciali munere mittitur.

— Vicarius apostolicus Chen-Si provinciae septentrionalis dicitur R. p. Anastasius Götte Ord. Min. S. Francisci, qui ad rem episcopus titularis creatur.

— R. d. Iosephus Vincenzi, rector collegii episcopal Thinen, inter cubiculares intimos P. M. adlegitur.

ANNALES.

Russicae res.

Res, quae in Russorum civitate peraguntur, praeter ceteras totius orbis mentes ad se trahunt. Opificium ab artibus ex iisque publicis ferriviis defectiones, ac tumultus qui inde exorti sunt, severae gubernatorum cohibitionis causa fuere, quae dum exercetur, Caesaris edictum populo vulgatur liberales reformationes concedens diu invocatas, atque Witte comiti, administratorum praesidi electo, committens ut eas exequationi mandet. Credentes Caesareum consilium ad pacem restituendam valuisse; res vero contra cessit; hinc enim qui antiquo regimini furent, sperantes fore ut per rebelliones Caesaris unius dominium ex rerum necessitate iterum surgeret, plebis animos solicitare non destiterunt; hinc socialistarum factio, falso victoriae visu decepta, magis magisque evertendis rebus studuit, nec a facinoribus quidem abstinuit, quem seditionis venia concessa est. In milites maxima corruptela tentata, qui Cronstadii atque Wladivostokii ne illicarentur haud satis caverunt, dum Moscoviae, in Polonia, in Caucasia regione Hebraeos praesertim sordes oppressit. Omnia itaque difficultatum plena Witte supremi administrari conditio appetit, qui nimis

pro factione sua potentium, quamquam viorum clarissimorum, operam recusare coactus est, ut administratorum collegium componeret.

Austrorum motus.

Hungariae de universorum suffragii iure quaestio late agitata, in Austrorum civitatem reperussa, hanc etiam perturbare coepit; unde occasione arrepta «czechii» Praga in urbe veterem invidiam in Teutones effuderunt, horum possessiones depopulantes ignique tradentes, ita ut civitatis rebus praepositis non solum vim vi cohobere oportuerit, sed ad ultimam illam rationem usque recurrere, qua urbs veluti obsidione eincta haberetur, et militum tribunalibus iudicandorum civium ius tribueretur.

Novum Norvegorum regnum.

Scatinaviae divisio iam facta est; Oscarus Caesar Norvego regno recusans, quod sui iuris est declaratum, nomen assumpit «Suetiae, Gothorum Vendorumque rex»; Norvegi autem postquam populi scito singulari pro regno suo potestati assenserunt patrum legatorumque popularium auctoritate et consilio temperatae, Carolum, Danum principem, sibi regem elegerunt, eique legationem misere, qui, avo suo Christiano Danorum rege consentiente, oblatum ultro munus non recusavit, seque cum uxore Maud, ex regali Anglorum gente, paratum praebuit ad vitam novae patriae felicitati consumendam. Dum seribimus ipse petit Norvegiam, salutationibus faustisque auspiciis eum prosequentibus.

Regalia itinera.

Qui preterit mensis regalibus visitationibus memorabilis evadet. Loubet, Gallicae reipublicae praeses, ut salutationem Alfonso Iberorum regi redderet Madritum petiit, ac deinde Olyssiponem Carolum Lusitanorum regem invitum qui, sua vice, nunc Parisios tenet. Berolini Guilelmus magnis amicitiae signis accipit primum Georgium Graecorum regem, ac deinde Alfonsum Hispanorum, qui deinde Franciscum Iosephum Vindobonae convenit, ubi memoriae non modo veteris consuetudinis, sed affinitatis quoque inter sollemnia renovantur. Interim Georgius Londinum procedit ab Eduardo rege summa comitate hospes admissus; quae quidem omnia immutatam pacem inter Europae gentes confirmant.

Turcarum pervicacia.

Quibus sane minime congruit Turciei gubernii pervicacia; nam consilio insistens legatos ab exteris gentibus electos ad pecuniariam rem in Macedonia cognoscendam minime admittendi, ita earum animos incitavit, ut simul iam convenerint Constantinopolitano in

portu, bellicarum navium suarum iactatione, mentem suam impavidam significare. Sperandum est tali argumento Tureas vietas manus daturas.

Mauritana quaestio.

In Mauritania paulo ulterius ac feliciter processum est: Imperator enim tum Germanorum, tum Gallorum administro patefecit se rata habere proposita circa omnium gentium conventum de Mauritanis rebus Algesiras in urbe habendum; ac simul auctoritatem suam interposuit ut Angli duo, quos Angueras tribus captivos reddiderat, in libertatem vindicarentur. Quies itaque tandem aliquando in regione illa, quamquam pro tempore, restituta videtur.

PUBLICI PER ORBEM COETUS
LEGIBUS FERENDIS.

In Bavaria rogatae leges et de ferriviis redimendis et de navalii classi augenda.

In Borussia foederatum quod nuncupant consilium ratam habet legem qua novum tabaco veitigal imponitur, publicorumque signorum pretium augetur. Schönstedt, iustitiae tradendae praefecto, ob longam aetatem officium abdicanti, Beseler iuris peritus sufficitur.

In Gallia contra administratoris graviter obiurgatum, praecipue ob rationem de operariorum a publicis operibus desertione habitam; sed tamen Roverii oratio collegas servavit, quamquam Berteaux, bellicæ rei praepositus, suffragium «nationalistarum» spernens, officio se deinde abdicavit. Hac de re Etienne, internis rebus praefectus, bellicis addicetur; Dubief a commerciis negotiis ad interna regenda transfertur, Trouillot denique ad commercia ipsa moderanda delegatur.

In Helvetia generalia comitia habita.

In Hispania, administratorum collegio a munere recessente, novum suffetum, cui Montero Rios praest.

In Suetia Wachtmeister administratorum praeses cum collegis suis, diviso regno, officium dereliquerunt. Eius munus Staaf doctor assumpsit.

PER ORBEM.

IUVAT imprimis fausta hodie recolere; quamrum rerum praebent argumentum, tum quae Riese, in oppido Venetae Italicae regionis, contigerunt, ob erectam in foro hermanum Pii X summi Pontificis, eiusdem oppidi civis, tum quae Genuensi in urbe celebrata sunt, ad nova portus, atque ipsius grandioris, opera inauguranda. Illuc enim convenerunt Ecclesiae Venetiarumque civitatum praesules; huc ipse rex regalisque foemina, qui solemnibus ab archiepiscopo actis adfuerit, ominaque protulerunt de commerciis ab Italis eum exteris gentibus amplificandis.

Generis alterius in Iaponia erectum est monumentum; aram dico, in qua ossa militum in recenti bello interemptorum recondenterunt. Quum moesta illa coeremonia acta est, ad vi-

ginti millia imperator orationem commovit que undique vices summatis peravit.

Nos autem, nus illis militis vertimus oculis, sive in infante maritima rarevit.

Seordia lacrima ex alveo implent, anima pareunt; Kayo-iratis fluctibus sumuntur; ex a Septentrionalis lia patitur damino eversam e

Nec una haec en vapore acta thampton profecta atque disrumpit hospites evadunt tres undis hauriente pyroscapha, falso itinere in baldi occurrit, ev in mare proicit uibile evadat natans inter naufragos defuncti lugentur.

Haud insuper præ cani rabies comp cuiusdam imprudent illud fluidum con nuncupant, incendium viumque metus que certi; at brevi flamo moesto comitatu etimae deducuntur amittunt.

Aliud incendium sit: ibi vero non habuisti. Ad decies damna faciunt, quæ criminis amisit; vita pretium erit illis voluminibus in

Haec mecum ipsius argumentando perver unquam crediderit. A peregrinationis per satis firmam quam dinem, in hanc senteum abdicarem, q

im suarum iactatione,
am significare. Speran-
Turcas victas manus

alterius ac feliciter pro-
enim tum Germanorum,
stro patefecit se rata
omnium gentium con-
rebus Algesiras in urbe
uctoritatem suam inter-
os Angueras tribus cap-
pertatem vindicarentur.
iquando in regione illa,
e, restituta videtur.

ORBEM COETUS FERENDIS.

eges et de ferriviis redi-
i augenda.
m quod nuncupant consi-
qua novum tabaco veetigal
signorum pretium augetur.
ndae praefecto, ob longam
i, Beseler iuris peritus suf-

inistros graviter obiurg-
am de operariorum a pu-
e habitam; sed tamen Ro-
avit, quamquam Berteaux,
fragium « nationalistarum »
bdicavit. Hac de re Etienne,
bellicis addicitur; Dubief
nterna regenda transfertur,
mercia ipsa moderanda de-

comitia habita.

orum collegio a munere
cui Montero Rios praeest.
er administratorum praezes
gno, officium dereliquerunt.
assumpsit.

ORBEM.

a hodie recolere; qua-
argumentum, tum quae
e Italicae regionis, con-
n foro herman Pii X
dem oppidi civis, tum
celebrata sunt, ad nova
andioris, opera inaugu-
venerunt Ecclesiae Ve-
praesules; huc ipse rex
i solemnibus ab archie-
mina protulerunt de
im exteris gentibus am-

Iaponia erectum est
co, in qua ossa militum
aptorum reconderentur.
emonia acta est, ad vi-

ginti millia hominum in campo aderant: Togo imperator orationem recitavit, quae ita adstantium commovit animos, ut singultus ploratusque undique exaudirentur; ipse orator, belli vices summatim memorans, a lacrimis vix temperavit.



Nos autem, debitum honoris tributum strenuis illis militibus minime negantes, alio convertimus oculos, ut, quemadmodum heu! assuevimus, infesta nova recolamus. Sunt praesertim ex mala aëris temperie damna, quae hinc maritimas hinc terrestres iacturas pararunt.

Scordia lacus, Boiana, Drina, Kirique flumina ex alveo exeunt, oppida triginta aquis implet, animalia obrunt, neque hominibus pareunt; Kayo-shima, in Iaponiensibus aquis, iratis fluctibus piscaiores centum et ultra absuntur; ex aëris denique motu Oklahoma Septentrionalis Americae foederata civitas talia patitur damna, ut Mountainview urbem omnino eversam conspiciat.



Nec una haec infortunia memoratu digna: en vapore acta navis Anglorum *Hilda*, Southampton profecta, quae in scopulum incidit atque disrumpitur: ex viatoribus quinque vix hospites evadunt, dum centum atque viginti et tres undis hauriuntur. In Genuensi autem litora pyroseapha, cui a Maria Theresia nomen, falso itinere in naviculam regiae navis *Gambaldi* occurrit, evertit, nautasque tanto impetu in mare proicit ut, satis licet peritis, impossibile evadat natando salutem quaerere: itaque inter naufragos duces classis duo misere vita functi lugentur.



Haud insuper praeterire possumus quae *Vulcani rabies* comparavit. Leodii, ob opificis eiusdam imprudentiam, officina ad collustrans illud fluidum conficiendum, quod vulgo *gaz* nuncupant, incenditur: fit fragor immensus ciuiumque metus quid necopinati acciderit incerti; at brevi flammæ vera patefaciunt, quum moesto comitatu ad nosocomia calamitatis victimæ dedueuntur, quarum duas vitam misere amittunt.

Aliud incendium Lutetiae Parisiorum exarsit: ibi vero non homines sed libri igne combusti. Ad decies centena millia libellarum damna faciunt, quae officina illa Fayard in discrimine amisit; verum num id humanae unius vitae pretium erit aequandum? Quot enim in illis voluminibus ineptiae?



Haec mecum ipse reputans, o lectores, eo argumentando perveni, quo nemo vestrum, puto, unquam crediderit. Annos enim diurnae meae peregrinationis per orbem enumerans, et non satis firmam quam hoc modo reddidi valetudinem, in hanc sententiam accessi ut munus meum abdicarem, quod tandem nullam huma-

tati refectionem neque attulerit neque sit al-laturum. Quid inde? In solitudinem meam proximo anno me recipiam, indeque, si placuerit, ex iis quae diarii quotidie narrant excerpta, recordatione aliqua digna, *Voci Urbi* tradam.

Valete igitur vos, qui nugas meas singulari humanitate prosequuntur estis; valete... et plau-dite, si novis rebus favetis; sin minus futuram « rubricam » transiliatis.



LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

Frasario metodico della lingua latina compilato dal prof. PIETRO DE BLASI. Opera premiata dal Mi-nistero della Pubblica Istruzione. — Noti in Si-cilia, ex off. Fr. Zammitt, 1904 (vol. 2, pag. 1896, ven. lib. 16).

Dolemus quidem his tantum diebus ad nos perver-nisse huiusmodi opus magnum, quod cl. Notensis do-ctor summo studio confecit, iis praesertim qui latinæ linguae student accomodatum ac perutile futurum. Abunde enim in latinorum scriptorum campis et con-sulta metens, id auctor est consequitus, ut non solum textuum intelligentiam iuvaret, sed optimum maxima ex parte commentarium congesserit, unde hauriat necesse sit si quis latine aut loqui aut scribere cupiat. Rei maxime prosunt tum opportuna operis in decem partes divisio, quarum I tempus et actionem respi-cit; II spatium ac motum: III causas et effectus; IV speciem atque rem; V numerum et mensuram; VI actionis conditions; VII vitae phases; VIII hu-mana officia ac societatem; IX voluntatem et actionem; X animi agitationes; tum locupletissimi indices, qui investigationis laborem, quamquam in denso vo-lumine, simplicem omnino redditum. Libri propagationi inter iuvenes praecepit, qui in ludis litterarum ver-santur, unum pretium obstat nobis visum est; neque auctorem sententiam nostram celavimus, qui pro sua humanitate concedere dignatus est, ut ab ipso librum potentibus, dummodo hi *Vocis Urbis* mentionem faciant, pretium sit lib. 10 in Italia, lib. 12 apud exter-eras gentes. Nihil itaque restat, quam ut socii ac lectores nostri per se probent haud vanas esse laudes, quas ex animo De Blasio tribuimus, atque commendationes quibus eius opus prosequimur.

I. F.

Lutero e Luteranesimo nel loro primo sviluppo espo-sti secondo le fonti da ENRICO DENIFLE O. P. — Versione italiana sulla seconda edizione tedesca del Sac. Dott. Prof. Angelo Mercati. — Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc., 1905. (Ven. lib. 7).

Opus celeberrimum ch. p. Denifle, quem docti viri curiusque gentis et fidei repentina morbo absumptum recens luxerunt, italicè redditum, apud nos, critices sub lumine, apprime vulgavit inconstantiam, disre-pantes sententias, scurrilitatem, malum in Ecclesiam animum monachi illius, quem in suo gremio Ecclesia ipsa aluerat, educaverat. Itaque librum commendare non dubitamus, iis praesertim qui iuxta veritatem Apostolice fidei defensionem prosequuntur.

F.

IOANNIS BAPTISTAE PESENTI. *Puerilia*. Sive Car-mina graeca, latina, itala. — Accedit πάροπτα. — (Bergomi, ex Instituto Italico de artibus gra-phicis, MCMV).

Qui ex Instituto Leoniano altioris litteraturae, vi-ginti iam annos in Urbe vigente, prodierunt haud sane spernendi scriptores, alii docendi munus naviter obeunt, alii dignioribus apud S. Sedem funguntur officiis, alii denique, hique numero plures, latentes ignotique, modestiae suae fructum nullum hactenus percepserunt. In his est egregiae spei adolescens, Ioannes Baptista Pesenti, Bergomensis, qui tribus annis apud memoratum Institutum Leonianum singulari praemio donatus est in litteris la-tinis, auctusque doctoris diplomate. Eius nomen

commentarii nostri lectoribus minime novum remur, ob saepe proposita ab eodem aenigmata, quorum nonnulla in eius librum relata esse gavisi sumus. Auctor sua carmina appellavit *Puerilia*, quibus ta-men gloriari queat aetas maturior. In iis carmen, cui titulus *Maius adest*, tresdecim annos natus conficit; cetera non ultra undevicesimum.

Strenuus adolescens, cui plurimum gratulamur, animum ne despondeat, sed colligens flores ingenii doctrinaeque suae copiosiores, pergit et sua et Leoniani Instituti famae consulere.

P. A.

Sant' Ilario per il Rev. P. LARGENT (Traduzione dal francese). Romae edid. Desclée Lefebvre et Soc., 1905. (Ven. lib. 2).

L'infanzia del Cristo secondo le tradizioni Ebraica e Cristiana di COSTANTINO CHAUVIN. — Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc., 1905 (Ven. lib. 0,60).

Le attitudini del Cattolico innanzi alla scienza di GIORGIO L. FONSEGRIVE. — Ibid. — (Ven. lib. 0,60).

La formazione dei Vangeli. La questione sinottica e il Vangelo di S. Giovanni del P. T. CALMES. — Ibid. — (Ven. lib. 0,60).

La Messa. Studio filosofico e teologico dell'Abate BRÉTON. — Ibid. — (Ven. lib. 0,60).

San Bonifacio di G. KURTH. (Traduzione dal fran-cese). — Ibid. — (Ven. lib. 2).

AENIGMATA.

I.

Verbi pars prior egregie olim facta virorum; Priscum aes graui magni ponderis altera signat. Id, si alio ferri iubeas, gestamine gravi,
Nil metuas, totum patet; en vehis absque labore.

S. A.

II.

Utraque totius pars sibilat; *utraque* serpit:
Est totum sine quo vivere nemo potest.

H. T.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpre-tationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet opus cui titulus:

FABULAE SELECTAE FONTANII

a IOANNE BAPT. GIRAUD latine redditae,
passim retractatae a FRANCISCO XAV. REUSS.

Aenigmata an. VIII, n. IX proposita his respondent:

1) Particula; Particolo. 2) L - e - o.

Ea rite soluta miserunt:

Petrus Tergestinus. — Collegium Scholarum Piarum *Stellae*. — Ferd. Ferrari, *Guastalla*. — I. Walter, *Neo-Eboraco*. — Renk par, *Davenporta*. — Alois. Cappelli, *Senis*. — Am. Robert, *Ma-rieville in Canada*. — Vine. Starace, *Neapolit.* — F. Arnoni, *Mediolano*. — G. Vallas, *Corduba*. — I. A. Oudemans, *Traiecto ad Rhenum*. — Ric. Brondel, *Brugis*. — D. de Provost, *Briocen*. — Ios. Baldus, *Faventia*. — Car. Stegmüller, *Sabaria*. — Iac. Ortiz, *Moretta*. — G. Lamental, *Parisis*. — Art. Torre-giani, *Recinetto*. — I. Guerra, *Actio*. — St. Krapowski, *Mo-scovia*.

Sortitus est praemium

RICHARDUS BRONDEL,

ad quem missum est VINCENTH LANFRANCHI opus, cui titulus;

DE AENEIDE CUM FRUCTU LEGENDA
ACROASIS.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Pacis*, Phil. Cuggiani.

SUPELLEX AD RES DIVINAS.

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, *via Alessandrina, 87*) mittantur, res praecise indicando quae quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus quod de negotiis Ecclesiasticis esset; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congagationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

SATURIO

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro Joanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. 1.

☞ IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO. ☞